

qui consensum præstare (a) & rerum, quæ
mutuò dantur, dominium & administratio-
nem habent (b) nisi quibusdam specialiter
& nominatim hoc sit interdictum.

(a) L. 1. § 3. vers. ad eo ff. de pact. *Hinc dissensu circa causam dandi & accipiendo interveniente, negatur dominium transferri in accipientem.*

L. 18 ff. h. tit. Treutl. d. disp. 20. vol. 1. th. 4. lit. A. Ubi diversimodè dissentientes reperire licet. Adde Mozz. tract. de Mutuo. Tit. de person. quæ poss. mutuar. vel non. Pac. Anton. cent. 3. q. 67. (b) l. 2. §. 4. ibi, in mutui datione dantem dominum esse oportet. junct. l. 13. & 16. ff. h. t. arg. d. l. nemo. de R. J. Dominus enim est, qui rei proprietatem habet. l. si procurator. ff. de acq. rer. dom. Hinc Bart. ait, dominium esse jus disponendi de re sua pro arbitrio, nisi Lex prohibeat.

VII.

Impubes igitur (a) furiosus (b) & prodi-
gus (c) mutuum dare nequeunt. (d)

(a) Sicut enim quemvis alium contractum celebrare sine tutoris vel curatoris auctoritate, ita & mutuare prohibetur. l. 9. in pr. de auctorit. tutor. l. 14. in fin. de solut. §. 2. l. quib. alien. lic. vel non. l. 1. §. 12. & 23. de O. & A. l. 41. de condic. indeb. l. 1. §. 2. de constit. pecun. l. 59. de O. & A. princ. I. de auctorit. tut. l. 127. de V. O. . §. 9. Inst. de inutil. stipul. l. 9. §. 7. de reb. cred. l. 43. de O. & A. l. 1. & l. 3. Commod. l. 2. de fidejussor. & l. 189. de R. I. (b) L. 5. & l. 40. de R. I. l. 14. in fin. Locati. l. 1. §. 12. de O. & A. l. 10. de Curatore furios. l. si à furios. 12. ff. h. t. n. Consensu enim caret. Wes. in parat. hic. n. 12. (c) L. 15 cui bonis. 6. de V. O. l. 1. de curat. furios. l. 40. de R. J. (d) Licet enim domini sint, tamen quoniam potestatem rerum suarum non habent, mutuum dare non possunt. d. l. 9. §. 1. & 2. de auctorit. tut. l. 1. de curat. furios. Hoc tamen ita intelligendum, quod ab initio mu-
tuum non constat, re adhuc extante, quod si bona fide consumpta sit, mu-

B

tuum